


AMOENITATES LITERARIÆ,

Quibus

VARIÆ OBSERVATIONES,

Scripta item quædam anec-
dota & rariora Opuscula
exhibentur.



FRANCOFURTI & LIPSIAE,
Apud DANIEL. BARTHOLOMÆI,
M D C C X X V.



S. R. I.

LIBERÆ ET INCLYTÆ

REIP. MEMMINGENSIS

PROCERIBUS,
VIRIS MAGNIFICIS,
PERQUAM GENEROSIS,
MAXIME STRENUIS, JURIS-
CONSULTISSIMIS, PRÆ-
NOBILISSIMIS, AMPLIS-
SIMIS, PRUDEN-
TISSIMIS,



I.

Notitia Libri rarissimi, sub ipsis typographiæ inventæ initiis excusi.

Ta fere omnes natura comparati sumus, ut magnam capiamus voluptatem, cum quædam venerandæ antiquitatis reliquiæ oculis nostris conspiciendæ manibusque tractandæ exhibentur: & oblectatio inde resultans eo dulcius afficit animum, quo rariora sunt ista vetustatis monumenta, quæ visu percurrere atque digitis contingere nobis licet, præsertim si ex inopinato & præter omnem spem hæc talia sub aspectum veniant. Illud ipsum & mihi aliquo abhinc tempore accidit, quum manibus meis bonis avibus illaberetur liber mole quidem exiguus, sed raritate & præstantia gravissimus. Inveni eum forte fortuna, aliud agens,